

DICTION VIII. 439  
DICTION OCTAVA.

De Fermento.

Cap. I.



VNC dicendum est de fermento, id est de leuamine. Fermentū reducit massam in aquam: ponitur sua natura vnde fit de ære vel de plumbo. Vis facere lunam: ponas in Marte vel Saturno lunam. Similiter de auro. Si iugules gallinam, & eius sanguinem ponas in aliam gallinam, & iugulas boues & ponas in faucibus eius lapidem, & ponas lapidem sub facie ircum & storam quæ sit de iungis, inuenies formam bouis filij: amaritudo & dulcedo & acuitas saporis, & eius remissio sunt contraria. hoc est verbū philosophicum, & intelligibile.

Rubrica.

Leuamen est quod reducit ad suam naturam & colorē & saporē illā cui admiscetur: si ponas leuamen filiginis in pasta tritici, redigit ad sui naturam: sed nō ad colorē suū: similiter si ponas leuamen lunę in solem, rediget in suū saporē, nō ad colorē: & similiter ecōtrario. Et ideo si ponatur parum boni super malum bonum rediget ad se totum: & si ponas solem pro leuamine in luna, nō fiet luna: